



Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCXI. De Aedificatione Castri novi in terra Sambiae supra littus maris
Salsi, in Neria Curoniensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Hartmannus C. de Heldrungen VIII. Mag. Gen. Ord. Teuton.
Mangoldus de Sternberg XI. Mag. Provincial. in Prussia

Anno Dn. MCCLXXXIII. octingenti Viri de Lethovia equites tempore hyemali per (a) Neriam Curonensem intraverunt Sambiensem terram & dico territoria ejus scil. (b) Aben-dam & Pubetam per incendium & rapinam vexaverunt, occi-dentes CL. homines Christianos, & nullo eis resistente omnes salvi redierunt. Hoc ideò accidisse creditur indubitanter, quia Magister & fratres præscientes ipsos Lethovinos venturos, expectabant eos cum Exercitu per dies aliquot, tandem attradiati de longâ morâ, quam in via ultra solitum contraxerat, dispersi redierunt ad propria. Sequenti autem die Lethovini intra-verunt Sambiam, & sine aliquo defensionis obstaculo fecerunt quod superius est præmissum.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Neria Curonensis (Die Churische Nârung) vocatur angustia illa terræ, quæ est inter locum Curonensem (Churisch Hass dicitur) & mare Balticum. Illa vero terra, quæ est inter lacum recentem (Frisch Hass) & mare Balticum, vocatur die Danziger Nârung.
(b) Jeroschinus habet Pobeten und Beten. Strykovius eo modo legit, ut à nobis ex Regiomontano exhibentur Codice.

C A P. CCXI.

Ædificatione Castri novi in terra Sam-bia & supra littus maris Salsi, in Neria

(a) Curonensi.

Frater Conradus Magister, ut vir sapiens & providus, con-siderans, quod per Neriam, viam utique occultam, possent fra-tribus & terra Sambiæ multa dania & pericula ab infidelibus sub-

Hartmannus C. de Heldrungen VIII. Mag. Gen. Ord. Teuton.

Conradus de Tierberg Junior XII. Mag. Prov. Prussia.

suboriri, ædificare fecit in dicta Neria super littus maris salii castrum firmum, quod dicitur (b) Nova domus, ne Lethoyvini terram Sambiæ intrent à modo improvisè.

ANIMADVERSIONES.

AD CAP. CCXI.

- (a) Sic Codex Regiomontanus legit, ut & Thoruniensis. Sed manifestus est error librariorum. Neque ex Elbingensi Exemplari hoc correxit Dn. Zamelius, adeò ut appareat hæc exemplaria ex eodem esse fonte ducta.
 (b) Neuhaus hodiè uno tantum milliari distat ab urbe Regiomontana. Quando autem ex loco à Dusburgio determinato eo fit translatum non constat. Habetur ad Nihusium Theriotrophium amplissimum.

CAPUT CCXII.

Dc

Expugnatione Castri Kymenoviæ, & conversione mille & sexcentorum Sudovitarum.

Hoc etiam tempore idem fr. Conradus Magister circa officium sibi injunctum solitus multas noctes in somnis deduxit cogitans quomodo inimicos fidei Sudovitas ad viam duceret veritatis. Unde ad hoc perficiendum congregata multitudine copiosâ fratrum & aliorum pugnatorum dum in via esset versus Sudoviam, occurrit ei fr. Ludevicus de Libentele, ducens secum Cantegerdam, qui ipsum captivum detinuerat, & mille & sexcentos homines de Sudovia promiscui sexûs, quos in captivitate positus ad fidem Christi convertit, quibus visis Magister gavilus est, & jussit eos procedere versus terram Sudoviam.

Oo;

(a)

